

Primo quia ad te uado uenia. **Just** **H**ec uia  
est in uirtute. **D**omi est te. **Exaltatio**  
**h**ec uia te dicit. **Exaltatio** dicit in uirtute. **Respo.**

Et passione suam per dies quadraginta apparet

Handwritten musical notation (neumes) on red lines, including a large initial 'P' and various rhythmic symbols.



16

ΣΤΗΝ ΘΕῶΝ!

# ANATOMIE

IMPERIAL. REIPUBLICÆ

## MVLHVSINÆ

AMPLISSIMÆ,

*ADDITO VOTO PRO EA.*

M. GEORG. ANDREÆ FABRICI, POET.  
L. CÆS. GYMNASIARCHÆ.

---

MULHUSI

TYPIS STANGIANIS,  
clō lōc xxix.



CORPORIS AMPLISSIMI  
MEMBRIS  
SUMMIS, INTIMIS  
ET IMIS,  
LIB. IMPERIALIS REIPUBLICÆ  
MVLHVSINÆ  
CONSVLIBVS  
A C  
SENATORIBVS,  
PRO NOVI ANNI NOVIQVE REGIMINIS  
FELICI INGRESSU,  
FELICIORI PROGRESSU,  
FELICISSIMO EGRESSU  
DEVOTUS SACRAT  
GEORGIUS-ANDREAS FABRICIUS,  
PHIL. M. POETA L. CÆS. GYM-  
NASIARCHA.



Σὺν Θεῷ.

**F**ert animus referare metro, **RESPUBLICA**, **PARTES**  
**MULHUSINA**, tuas. **ADSIS** mihi **FLAMMA** **JEHOVÆ**,  
**SPIRITUS** Omnipotens, socio qvi fœdere jungis  
Christiadas, partesq; ligas in corpore **CHRISTI!**

**CORPORIS** heic **CAPUT** est **CÆSAR**. Nam **CÆ-**  
**(SARE** salvo,

**CÆSARE** pacato, retinet pars quæq; vigorem.

**CANITIES** **CAPITIS** **SENIORUM** splendida **POMPA** est,  
qveis cum cygnéo prudentia vellere crevit,  
Et dedit indigenas bene nôsse ac pëndere caussas.

**CONSUL** uterq; **OCULI**. Capitis sunt lumen ocelli,  
atq; duces membris, quorum prudentia monstrat  
cuiq; viam, gressumq; regit, qvi intenditur, omni.

**SYNDICUS** **Os** nostrum est. Loquitur **Res** tota per **Ipsum**  
**publica**, quosq; cibos **Patrum** excellentia ponit,  
**Ipsius** hos omnes discernit **LINGVA** sapores.

**AURES** **CENSORES**, qveis **COLLECTORIBUS** amplum  
dat nomen **Censura** gravis, quâ civica facta  
accipiunt, agitant, Et morum monstra reformant.

**NASUS** **Odoratum** prœstat. qvi traxit ab urbe,  
quod spirat, cerebroq; refert, cluet à-**SECRETIS**.

**COLLUM** **JUDICII** **PRÆSES** seu **PRÆTOR** in urbe est.

Huic

Huic **CAPUT** impositum **CÆSAR**, qui jura dat omni,  
libellâ penditq̃ pari, celsiq̃ humiliq̃.

Jungitur hoc **CAPITI TRUNCUS**, cum **PARTIBUS IMIS**.

**EST PECTUS CAMERA**, & **MAMMAS ÆRARIA** præstant.  
Hic **NUTRITORES** nostri, dictante **JEHOVA**.

**BRACHIA MILITIÆ PRÆFECTI**. hant Martius illis  
fervor inest hodiè. tendunt ad **Sidera PALMAS**,  
ut pacem exorent. Precibus pugnamus inermes.

**FRUMENTIS** alijs, **VINIS**q̃, aut **PISCIBUS** adsunt.  
Hi **VENTREM** faciunt, **ABDOMINIS** intima claudunt  
**VISCERA**, & **ANNONÆ**, quæ possunt, commoda curant.

**ÆDILES CRURA** instituunt, & **PUBLICA TECTA**,  
cum **PRIVIS**, recto faciunt stare undiq̃ talo.

**COSTAS** & **LUMBOS**, **CARNEM**q̃, **CUTEM**q̃, supremam,  
**OSSA**q̃, constituunt **RELIQVI**, quævis, Judice Recto,  
quarumvis commissa fuit curatio rerum.

Partibus his adsunt **ALIÆ**; sed dispare sorte,  
nempe **MINISTERIIS** addictæ; **UNGUES**q̃, **PILI**q̃,  
& quas externi deposcit corporis usus.

**EXTERIORA** dedi: jamq̃ **INTERIORA** sequuntur:  
Pars Princeps **CEREBRUM**, quod **CANCELLARIA** signat.  
Legibus instructa est hæc Imperialibus: unde  
influit in partes **ANIMALIS SPIRITUS** omnes.  
Hic **MOTUM SENSUM**q̃, facit, Corpusq̃ gubernat  
per **NERVOS**: quæ **VIS-ANIMOSIOR** urbis, & ampla,  
quamvis fracta nimis nunc turbine Martis, **OPUM-VIS**.

RELLI-

RELLIGIO COREST, primùm quod vivit & ipsum  
postremùm moritur; si mors tamen intrat in illam.

CORDIS VENTRICULI duo sunt: pia CONCIO VERBI  
DEXTER erit; SACRAMENTORUM biga SINISTER.  
Hinc subit in partes VITALIS SPIRITUS omnes.  
Ventilat hinc sanctum vehemens ARTERIA PULSUM:  
estq; ea TEMPLO RUM series, diffusa per urbem.

PULMONES cordis flabella & tegmina, sacri  
sunt CONSISTORI PROCERES, in corpore nostro.

Succedit VENTER, CAVITAS quæ TERTIA & IMA est.  
ÆDES VENTRICULUS PRIVATÆ, & CIVICA TECTA.  
Heic CHYLUS, SEXUS utriusq; amplissima PROLES.  
VENTRICULO fit nempe cibi CONCOCTIO PRIMA,  
cui si quod vitium contingit, id omne SECUNDA  
corrigitur nunquam. CHYLO fit CHYMUS, agente  
ritè MESENTERIO. PRIVATA ea CURA Parentum est.

EPAR GYMNASIUM: quo COCTIO porrò SECUNDA  
perficitur. NATURALIS quo SPIRITUS exit,  
SANGVINE perfecto: quæ VIS JUVENILIS in urbe est.  
Hanc VENA educit: nimirum ARS cuilibet offert  
parti urbis. Nulla est, cui non hinc SPIRITVS adsit;  
cui non & SUCCUS SANGVISq; per EPATIS illos  
adveniat DUCTUS, vegetetur ut omnis ab ipso.

OMENTUM partes fovet istas. Illa SCHOLARCHIS  
cura datur, studio partes defendere nostras.

CARCERE & heic opus est. hic est VESICULA-FELLIS,  
sanguinis

*sanguinis acredo cui tota includitur, omne  
excoquitur vitium, atq; exsudat INUTILIS HUMOR.*

*SPLEN POPULUS, quo saepe gravi commota tumultu  
publica res. SPLEN hic itidem per corpora multum  
sevit, & ingentem facit atrâ bile tumultum.*

*RENES sunt MULCTÆ, quæ depurgantur iniqui;  
ast recipit VESICA SERUM. Sit FISCUS. ab illo  
colligitur, quicquid secernit sanguinem aquosi.*

*INTESTINA facit signatq; APPARITOR omnis,  
& VIOLENTA MANUS quævis, quæ fortè plateis  
cedere stercorem quodvis jubet excrementum.*

*RECTUM INTESTINUM aut PODEX MANUS  
(esto parati*

*CARNIFICIS. toto displodit stercora nisi.*

*CORPUS & hoc TOTUM est. ANIMA est pro corpore  
(TRINA.*

*PRIMA est quæ VEGETAT, quæ SENTIT deinde SECUNDA;  
TERTIA quæ solo RATIONIS ACUMINE præstat.*

*Quæ VEGETAT, PIETAS. sine quâ quis vivere possit?  
nempe vel hac solâ semper RESPUBLICA vivit.*

*Quæ SENTIRE facit, MOTUMq; in membra reponit,  
JUSTITIA est. Corpus totum sine jure caducum est.*

*At RATIONIS OPUS PRUDENTIA sola gubernat:  
quâ sine quâ erimus? reverà IGNOBILE BRUTUM.*

*Hoc TOTUM est. VESTIS, quæso, totius an exstat?  
Omninò. sancta est LIBERTAS. veste remotâ hæc,  
NUDI erimus, mox &, nudato corpore, NULLI.*

Summe

*SVMME DEVS, CORPVS defende atqve adfere  
nostrum!*

*PARS felix sit quæq; nihil decedat ab illâ  
TOTIUS INTEGRITATE. aut si quid cesserit inde,  
esto PARUM. redeatq; citò cum PARTE resartâ  
INTEGRITAS. CAPUT eximium PAX alma coronet.  
CANITIES CAPITIS veneranda eduret in ævum.  
Sint OCULI clari. patule AURES. ORIS aperti  
gratia. sint NARES, catulorum more, sagaces.  
Sic COLLUM rectum. MAMMIS sit lactis abundè.  
BRACHIA robusta. & VENTER sit plenus ubiq;  
CRURA sient firma. & COSTÆ, LUMBIq; CAROq;  
OSSA CUTISq; suum servent per secla vigorem.  
Sic CEREBRUM sanum. COR saluum. PVLMO solutus.  
VENTRICULUS nunquam jejunus. Sanguinis EPAR  
plenum, non vacuum. Cocturam pingvius istam  
adjuvet OMENTVM. vitium VESICVLA FELLIS  
extrahat. & mollis maneat sedata LIENIS  
temperies. VESICA serum de corpore ducat.  
VNGVIBVS atq; PILIS sit prompta & compta venustas.  
Tandem INTESTINVM fœdum egerat excrementum!*

*Quod superest, animet Corpus vis PRIMA, SECUNDA,  
TERTIA. LIBERTAS corpus conuestiat omne.  
Sic, DVCE TRINUNO, constabit TRINA SENATUS  
GLORIA. Sic TRINUM PERFECTUM habitabit in  
UNO.*

*NO-*



NOMINA DNN. CONSULUM

trajecta:

*Ubi Littera versuum CAPITALE S ipsa faciunt*  
ANAGRAMMATA.

I.

STEPHANUS HELMESTORF CONSUL  
PRIMARIUS.


**M**ARS FURIS: EN HIC MENTE SOPHOS  
PLUS diriget ULTRA  
omne suum in patriæ commoda consilium.

II.

HEINRICUS SCHWELLENBURG CONSUL  
DIGNISSIMUS.

**H**IC HELICES SIGNUM SURGENS, SOL  
LUCIDUS URBI  
NUNC iterum faustis emicat auspicijs.

F I N I S.



**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**



ANAT  
 IMPERIAL. R  
 MVLH  
 AMPLI  
 ADDITO V  
 M. GEORG. ANDR  
 L. CAES. GY  
 Mul  
 TYPIS ST  
 clo lo



16

